Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



79

grauitate et modestia. Adolescentiores frs
iuxta se non habeant lectos. sed permixti cum se
nioribus. Surgentes uero ad opus dei. inuicem
se modeste cohortentur. propter somnolentorum
excusationes. De excomunicatione culparum

Si quis frater contumax. aut inobediens.
aut superbus. aut murmurans. uel in
aliquo contrarius existens sancte regule. et
preceptis seniorum suorum contemptor repertus
fuerit. hic secundum domini nostri preceptum. ammo
neatur semel et secundo secreto a senioribus suis.
Si non emendauerit. obiurgetur publice coram
omnibus. Si uero neque sic correxerit. si intelli
git qualis pena sit. excomuni cationi sub
iaceat. Si uero improbus est. uin dicte cor
porali subdatur. Qualis debeat esse modus
excomunicationis.

Sc. Modum cul
pe. excomunicationis uel discipli
ne mensura debet extendi. Qui